Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

DA No 2115 BOX



M. Tuscher fecit

BIBLIOTH. REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

DA B ca

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

VERA ET BREVIS EO-
rum narratio, quæ tam in pacificatione quam terreſtri bello inter Suecos & Danos tractata & geſta ſunt.

Anno Chriſti.

MDLXV.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

VERA ET BREVIS EOrum narratio, quæ tam in pacificatione, quam terreſtri bello, inter Suecos et Danos tractata & geſta ſunt. Anno Chriſti MDLXV.

IN Menſe Iunio Anni milleſimi quingenteſimi ſexageſimi quinti, ſollicitarunt apud Regiam Maieſtatem Sueciæ, meum Dominū Clementiſſimū, magna quidem, vti præ ſe ferebant, diligentia, Illuſtriſſimorum Pomeraniæ Ducum Legati, Iacobus â Cizuiz, & Andreas â Borck, pro pace inter S. ipſius Maieſtatem, & Daniæ Regem, inſtauranda, reſarciandaq́;. Verum cum interrogarentur, num & poteſtatem â parte aduerſaria, videlicet â Danis, quorum cauſæ iniuſtæ patrocinari nonnihil videbantur, & apud quos tunc nuper fuiſſent, id fa-

ciendi haberent, ita vt certi eſſent, quod pacem illi conditionibus non iniquis expeterēt: Reſponderunt ab illis poteſtatē quidem ſe nullam habere, ſed principum ſuorum nomine ſe hoc agere, vt certus aliquis in Germania locus partiū conſenſu deputaretur, in quo partis vtriuſq; Conſiliarij, ſimul etiam Sereniſſimorum ac Illuſtriſſimoꝝ aliquot Regum & Principū Legati, tempore conſtituto, conuenirent, qui de pacis ineundæ rationibus inter ſe conferrent, diſpicerent, concluderentq;. S. R. M. Suetiæ, etſi pacem minime auerſabatur, quin iuſtis conditionibus eam fieri ſe expetere abunde ſatis declarabat: Tamen cum neq; de Danorum, qui veri belli auctores eſſent, ſeria voluntate conſtaret, nec traiectus in Germaniam ijs tutus foret, nedū in ipſa Germania, quod plurimoꝝ exemplo iam cōprobatum eſſet, illi ſine vitæ periculo verſari poſſent, qui eô mittendi eſſent. Ideo grauari ſe eius

R. M.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

R. M. ſignificabat, quo minus in petitionem illorum iſtiuſmodi tunc poſſet conſentire. Attamen vt omnibus palam fieret, bello ſeu ſanguinis innoxij profuſione, Maieſtatem eius nequaꝗ delectari, ait, ſe non recuſare, quin circa Regni vtriuſqꝫ fines aliqui, iuxta vetus inter tria hæc Regna fœdus initum, de tranſactionis futuræ conditionibus acturi conuenirent, ſi pacem Daniæ Rex pariter non ſimulate quæreret. Intera vero temporis, quoad Daniæ Rex ſe declararet, dictum eſt non poſſe legittima, adeoqꝫ pluſqꝫ neceſſaria ſuoꝝ defenſione eius Maieſtatem aduerſus illum non vti. Et quia Veſtrogothiã circa temporis id Danos toto ſuo cum exercitu, ad auxilium ſuis, qui in arce Elzburgiana obſidione premebantur, ferendum, ingreſſos eſſe nũciabatur: Ideo quo tempeſtiue illis S.r inclytæ mentionis R. M. Sueciæ occurreret, & vlterius ne illi progrederentur, inhiberet, parauit quoqꝫ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

excercitum, eôq; Nonis Iulij Arbogium
verſus itum eſt.

Cæterꝝ Daniæ Rex, vt ſecuritatẽ Suecis, nimiũ credulis ſæpe, more Danis vſitato, aliquam inijceret, vel ſaltẽ hoc efficeret, vt eius coſilioꝝ ignaris perſuaderetur, ꝙ pacis is eſſet percupidus, ſcripſit in hanc ſententiam Suecorum Regi Sereniſſimo: Quod â tranſactione non eſſet alienus, ſi Sueciæ Rex Sereniſſimus quibus conditionibus ille pacem cum eo eſſet facturus, ſe declararet. Ac proinde R. inclytæ mentionis M. Sueciæ cõſilio cum præcipuis ſui Regni proceribus, qui quidem tunc adeſſe potuerunt, mature habito, cõſcribi pacis conditiones ſatis iuſtas, eaſq; in Daniam tranſmitti curauit, quas ſi Daniæ Rex acceptaret, Sueciæ Rex Serniſſ. etſi atrocibus iniurijs ab illo eſſet affectus, & facile ius ac vires haberet, magis adhuc iniurias illas vlciſcẽdi, ac perſequendi, vellet tamen pacificationem admittere,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

In conditionibus autem, quibus pacem S. R. M. Sueciæ cum Daniæ Rege facturam ſe declarauit, hoc fuit fere præcipuũ, videlicet vt in damni & iniuriarꝝ qualem cũ ꝓ cõpenſationẽ, Daniæ Rex Sereniſſimo Suecorꝝ Regi, regnoq́; Sueciæ, id cederet, quod S. inclytæ mentionis M. Sueciæ in pluſq́; neceſſaria ſuorum defenſione iure belli occupaſſet, quæq́; iuſtiſſimo titulo prius alioquin ad regnum Sueciæ pertinerent.

Vbi deinde Arbogium eius R. M. venit adferuntur literæ â Regis Galliarum Chriſtianiſſimi Legato in Dania, D. Carolo Dancæo, quibus ille â ſuo Domino ſe miſſum oſtendit, de pace vt inter ipſius Maieſtatem & Daniæ Regem reſarcienda, qua poſſet diligentia, tractaret: Cui mox reſcriptum eſt, quod aduentus ipſius, propter Regem Chriſtianiſſimum vel in primis, futurus eſſet Regiæ Maieſtati Sueciæ haud ingratus, ſed ne tantas itineris

moleſtias

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

moleſtias fruſtra ſubiret, ſumptuſq; faceret non neceſſarios, conſultũ adeoq; neceſſarium videri, vt priuſq; iter ille ingrederetur, diligenter apud Danos inquireret, an pacis illi conditiones nuper tranſmiſſas acceptarent, ſerioq; pacem cuperent, nec ne.

Interea temporis nunciabatur, quod Comes quidam exercitus Dux apud Elzburgum parꝝ ſtrenue contra hoſtes ageret, quin exercitum diſſipari ſineret, & cũ hoſte confligere tergiuerſaretur. Idcirco delectus eſt Iuarus Magni aliquibus comitatus, vt eò ille proficiſceretur, ac operam daret, quo profligari hoſtis inde poſſet. Verꝝ eò vbi venit, iam exercitus magna ex parte erat diſſipatus, propterea q; parꝝ & ille tũc efficere potuit, quin paulo poſt ad R. M. coactus ſit reuerti. Interim R. M. debito paſſu progreditur, ijs copijs, quas penes ſe habebat, ſtipata, idq; eo cõſilio, vt ſpacium deliberandi Daniæ

Rex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

Rex haberet, pacem an bellum mal-
let. Vbi deinde ad Odenſacker in Veſ-
trogothia peruentum eſt, ſignificatur eius
R. M. quod dictus antea Galliarꝛ Regis
Chriſtianiſſimi Legatus, D. Carolus Dã-
cæus, non procul abeſſet. Qui vbi de pa-
cificatione inter R. M. Sueciæ ac Daniæ
Regem facienda Galliarum Regis Chri-
ſtianiſſimi nomine propoſuiſſet, inuentũ
eſt, quod nec ille de ſeria Daniæ Regis
voluntate quid certi adhuc adferret, quin
omnia potius veteri Danorꝛ more frau-
dulenter ac doloſe peragerentur. Vtrum
autem ab ipſis Danis Dancæus deceptus,
an vero ipſorum in gratiam, tantopere ex
illorum arbitrio pacem facere conaretur,
incertum. Siquidem facile credi poteſt, â
Rege Chriſtianiſſimo ipſum in manda-
tis, vt iſtiuſmodi proponeret, non habu-
iſſe. conſiderato, quod legationis ſuæ In-
ſtructionem nullam oſtendere voluerit,
quod tamen apud omnes Reges ac prin-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

cipes, in negotijs præcipue tã arduis, vſitatum eſt obſeruari. Quas Danorꝫ fraudes ac dolos confirmare tunc mirum in modum hoc etiam videbatur, quod circa tempus idem, quo Galliarum Regis Chriſtianiſſimi legatus adueniſſet, deq́ꝫ pace quam diligentiſſime ac ſollicite admodũ tractaret, irruptionem in Veſtrogothia Dani fecerint, ibiq́ꝫ incendio & cæde pagos aliquot depopulati ſint, & præterea tantam immanitatem in miſeras quaſdam puellas exercuerint, vt ne quidem apud Turcas talis audita ſit crudelis barbaries exerceri, videlicet linguam ex ipſis puellis, ne turpitudines forte latronum patefacerent, & mammillas abſcindi, vt cætera indigne hic ab ipſis commiſſa, ſilentio prætereã. Eaq́ꝫ vera illa pax fuit, quam Dani legatione miſſa Suecis credulis offerre ſæpenumero ſolent. Nec eſt quod aliquis comminiſci me iſtud dicat. Viſum eſt enim horrendum id ſpectaculum

lum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

lũ non ab vno, vel paucis, ſed â plurimis in ipſo oppido Scaris, ſub initium mẽſis Auguſti, cũ S. ibi R. M. præſens adeſſet.

Eodem tẽpore ad oppidum Scaras confluxerunt ruſtici e finibus ꝗꝫ plurimi, crudelitatem Danoꝝ lamẽtantes, nec non auxiliũ & opem aduerſus hoſtes tam immanes, â Rege Sereniſſimo ſuo dño, ſuppliciter implorantes: Quare & R. ipſius M. omnino perſequendum bellum iudicauit. Ac proinde mox hic deliberari cœptum eſt, vtrum recta Elzburgum verſus, an vero Vardbergam, vt hoſtis intercludi poſſet, exercitus ducendus foret. Conſiliarijs viſum eſt hoſtem apud Elzburgum primo petendum eſſe. Quocirca & R. M. iter Elzburgum verſus eo animo ingreditur, vt cum hoſte omnino confligeret, ſi expectaret. Cæterum in itinere nunciatur, quod hoſtis raptim caſtra mouiſſet, ſeq́ꝫ in Hallandiam, quanta potuit feſtinatione, recepiſſet. Vnde & R. M.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

nec cūctandum putauit, ſed ad perſequē-
dum hoſtem properat. Accidit interea eo
die, quo Scaris diſceſſum eſt, reſponſum â
Rege Daniæ adferri, quod iſtiuſmodi e-
rat: tantum abeſſe, vt pacem propoſitis
conditionibus Daniæ Rex facturus eſ-
ſet, vt potius ſummis viribus ſe bellum
moliri ſignificaret.

Itaq; circa Regni fines luſtratione ex
ercitus habita, & literis ad ipſos in oppi-
do Vardbergæ de deditione præmiſſis,
ipſum oppidum Vardberga ſimul & tūc
Arx Vardbergenſis die xxij. Auguſti
obſidione â noſtris cingitur. Sed cum
certis nuncijs relatum eſſet, Daniæ Regē
propria in perſona non occurſurum,
quin alium quendam, nomine Danielem
Randtzau, exercitui præfectum eſſe, vi-
ſum eſt cōſiliarijs præſentibus, nec non et
ipſis militibus, minime conſultum, vt Re-
gia Maieſtas regni limites egrederetur,
quin omnes vno ore rogabant, vt in Reg
no ip-

no ipſius Maieſtas dignaretur remanere, & quem vellet exercitui præficeret, ſe omnem obedientiam Legato Regis,quẽ-admodnm Rex in præſentia eſſet, præ-ſtituros. Mandatum igitur datum eſt Ni-colao Boye, militi aurato, peditatui ſiue Legionibus præeſſet: Equitum Magiſter aũt Iacobus Henrici conſtitutus, qui ãbo R. M. mandatum ſtrenue exequẽtes per tubicinem ab ipſis in oppido denuo mi-litari more requiſiuerunt, ſe vt R. M. Suetiæ dederent, idq́; ſi facerent, fore vt non tantum Ciuibus ipſis ac Incolis eius oppidi vetera priuilegia integra ſerua-rentur, ipſiq́; in ſuis poſſeſſionibus & bonis tuti permanerẽt, ſed et militaribus etiam hominibus plurima ex iJs perſol-uerentur, quæ Daniæ Rex dare illis te-nebatur, ac ſoluendo non eſſet. Illi au-tem truci vultu reſpondebant, tantum abeſſe de deditione vlla vt cogitarent, vt nequidem magni oppugnationem fa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

cerent, ſeu periculoſam illam iudicarent, rati prope impoſſibile fore, vt ciuitas vallo & foſſa vſq; adeo munita, & antea ſemper contra hoſtes inuicta, expugnaretur. Poſtridie eius diei tubicen denuo ad illos in oppido cum literis mittitur, quibus ſerio illi admonebantur, ne periculū ipſis tam manifeſtum contemnerent. Ipſi multis tunc conuicijs tubicinē cum literis repellere, interminantes ſi ſæpius reuerteretur, futurꝫ illi vt amplius non parceretur. Sequēti die colloquiū tn̄ cum noſtris ad horæ vnius ſpacium petiuerunt, quod ipſis et conceſſum eſt. Hora colloquij conſtituta, venerunt tres e ciuitate, ſed non ob aliud, q̄ vt, apud noſtros quid ageretur, explorarent, & ſuo ipſos more deluderēt. Cui rei argumēto inter alia fuit, ꝙ q̄ primum illi ad oppidi portas reuerterentur, qui ſupra Vallum erant, mox in noſtros eiaculati ſint, etiamſi hora illa fecialis nondum elapſa eſſet.

Sueci

Sueci igitur cum viderent fruſtra de deditione hoſtes ſollicitari, pararũt eo et ſequẽti die, quæ ad oppugnationem forẽt neceſſaria, ita vt vi oppidum aggredi decreuerint die Auguſti xxvij. Sed quia ne tunc quidem rite omnia parata inueniebantur, præcipue quibus foſſam, quæ vadari non potuit, arte traijcere oportebat, ideo dilata eſt expugnatio in noctem ſequẽtẽ: Erant tñ õnia ita diſpoſita, vt ipſo in oppido aliud non ſcirent, quam eo die expugnationem certo futuram, ſicuti etiam facti ſunt leues aliquot aſſultus, quibus repreſſis redditi ſunt, qui fortiter illos excipiebant, eo audaciores & animoſiores. Tandem prima noctis vigilia cœperunt noſtri arte ignem ab illa parte, qua ventus flabat, in oppidum ad dimidium vſq; noctis iaculari tam copioſum, vt extingui non potuerit, quin paſſim ille graſſari cœperit. Quo viſo noſtri ſua in ſtatione collocati, dato ſigno hila-

res

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

res oppugnationem animo valde forti aggrediuntur. Qui erant in præſidio, cū vnum tm̄modo locum defendendū habebant, omnes ad eum confluūt, nec minoribus animis ſeſe defendebant, noſtroſq́ꝫ vallum ſcandere nitentes repellebant, ita vt fortuna iam hūc iam illū victorē fore viſa ſit polliceri. Erat autem horrendum, & viſu & auditu ſpectaculum. In ipſa ſiquidem nocte intempeſta incendium paſſim in oppido ſe magis magiſq́ꝫ diffundere, ſenes, mulieres, infantuli, huc illuc per plateas diſcurrere & miſerabilem in modum eiulari. Ad oppidi vero mœnia tanto ardore, tanto impetu alter alterum cōficere ac deijcere, vt nec ferrum nec flammas metuere ſint viſi. Deinde præter tormētorꝝ diſploſiones hinc inde horēdas, tātus erat ipſo in oppido propter incendiū, quod late ſe iam diffundebat, gregis & armenti clamor indiſcretus, vt tubarum & tympanorꝝ ſonum ſuperare videret̄.

& in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

Et in ſumma talis eiulatus, vt ipſum hoſtem etiam ad commiſerationem cõmouerit. Durabat autem mutua hæc concertatio & oppugnatio acerrima fere â dimidio noctis ad ſextam vſq; horam matutinam. Poſtq; enim ita illuxit, vt e longinq̊ res viſu diſcerni poſſent, et animaduerterent noſtri ſtationem hoſtium ad ſeptemtrionalem portam eſſe deſertam, mox eô ſeſe conferunt, confractaque porta intrant. Cumq; qui ſupra vallum meridiem verſus in ſtatione ſua erant collocati viderent ſeptẽtrionalem oppidi partem â noſtris iam occupatam teneri, cœperunt animum magis magiſq; deijcere, & vnus poſt alterꝝ in latebras diffugere. Itaq; & noſtri illam oppidi partẽ mox quoq; inuadunt, nec non oppido in vniuerſum potiuntur.

Iam vero pœnitere ipſos ſupra modũ cœpit, qui antea tam pertinaces fuerant, deditionem vt facere nullam omnino

voluerint, ſibi quod melius non conſulu-
iſſent, ac cauſam deprecari, ſed fuit tarda
nimis illa pœnitentia. Trucidati ſunt
enim quotquot in primo furore militi oc-
currebant, ita tamen vt muliebri ſexui parci-
tũ ſit, ac pueris, & iis præterea, qui armari
non poterant, vt ſunt ſenes, & id genus
homines. Poſtquam vero primus ille militũ
furor remittere nonnihil cœpiſſet, & qui
ipſo in præſidio ex hoſtibus adhuc ſuper-
erãt, arma iã plerique abiecissent, noſtriſque
ſupplices fierẽt, donati ſunt vita illorum nõ
pauci, quorum in numero fuerunt Germani
pedites circiter quinquaginta, Scoti equi-
tes centũ, & ex ciuibus ſiue indigenis non
nulli. Prædam conſecutus eſt noſter miles
ſatis opimã & præclarã. Nam etſi oppi-
dũ incendio totum eſt abſumptũ, inuene-
rũt tamen theſauros pluribus in locis recõdi-
tos, quos ignis nõ attigerat. Præterea erãt
& ædes non paucæ multis diuitiis refertæ,
cum noſtri oppidum occuparent, ad quas
incen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

incendium adhuc nondum peruenerat.

Durante aũt oppidi huius obſidione, nec non & eodẽ â noſtris feliciter expugnato, venerunt agricolæ in Hallandia illa Septentrionali habitantes non pauci, qui apud D. Hogeſchelium & Regiũ Secretariũ Ericum Matthæi, de Regis Daniæ iniuſtitia perplurimũ cõquerebant, ꝙ bellũ iſtud ille ſuis ſubditis plane funeſtũ mouiſſet. Deinde cum iure ad Regnũ Sueciæ pertinere ſe agnoſcerent, & culpa illorum haud factum eſſet, ꝙ Danicam ſeruitutẽ aliquãdiu nolentes ſuſtinuiſſent, petierunt ſupplices vt funditus non deſtruerentur, ſed in clientelam potius S. R. M. Sueciæ reciperẽtur, atque eo pacto ad verum & legittimum Dominum, ſolenni iuramento ad hoc præſtito, redire ipſos tandem concederetur, id quod & illis haud denegatum eſt, dato vnicuilibet illorum Symbolo, quod Saluaguardas communiter vocant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

Cæterum Vardberga vi ad eum modum,vti iam dictum,occupata, deliberari cœptum eſt, vtrum ad arcis oppugnationem mox properandum, an vero aliud tantiſper agendum, quoad Rex Sereniſſ. conſilium illis ac voluntatem ſuam ad arcis oppugnationem plenius adhuc declararet, qui tunc ad prædium Orreholmen in Veſtrogothia, vt õnia ipſis in caſtris neceſſaria citius eo ſuppeditarentur, regreſſus fuerat. Hocq; ideo potiſſimum ab ipſis conſultabatur, quod arx ipſa & natura & arte adeo munita ipſis videretur, vt oppugnationem Rege inclytæ mentionis Sereniſſimo prius denuo adhuc non conſulto haud libenter aggrederentur. Et quia rumores quidam vani ferebãtur, quod hoſtis ſuis opem laturus non procul abeſſet, Ideo viſum eſt Duci exercitus D. Nicolao Boye, & Mariſcallo Iacobo Henrici, nec non & cæteris, conſultũ, hoſti primum vt occurrerẽt, cumq; eo ſi

expecta-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

expectaret, confligerent, vt eô in arcis oppugnatione confidenſiores, & tuti magis poſtea forent. Ac proinde Septemb. die v. motis caſtris peruenerunt ad pagũ Morop vſq́ꝫ, duobus â Vardberga miliaribus, vbi & ea nocte caſtrametati ſunt. Sequenti die tranſeunt per oppidũ Montisfalconem & veniunt ad Veckebro. Deinde tertio die, peracto vno miliari, reſciſcunt hoſtem caſtra mouiſſe, eaq́ꝫ trans fluuium, qui Helmſtadium præterlabitur, poſuiſſe, quo noſtri cõmode venire tunc haud potuerunt, & omnia victualia ita ſecum auexiſſe, quæ ad ſeſqui miliare erant in vicinia Helmſtadij, vt nihil commeatus noſtri accepturi eſſent, ſi longius Helmſtadium verſus progrederentur. Quocirca incendio paſſim excitato tentare cœperunt noſtri, an hoſtis ad pugnam elici poſſet. Verum ille tuto in loco ſe continuit. Quo viſo, cum ſpe pugnæ fruſtrati eſſent, nec machinas,

 ſcalaſue

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

ſcalaſue cæteraq; neceſſaria ad vrbis obſidionē ſecum portaſſent, coacti ſunt ad caſtrum Vardbergenſe redire.

Circa idem tempus adfertur R. M. declaratio, qua ratōem ipſis eius S. R. M. veram & expeditam arcis expugnādæ oſtendit. Intellexerat enim eius S. R. M. eum eſſe Vardbergianæ arcis ſitum, vt non niſi ab vna tūc parte expugnari poſſet. Quippe qua Septentrionem & orientem reſpicit, erat præalta rupe, & vallo inſuper pedū alto quinquaginta, ita munita, vt arte nulla vel robore adoriret. Ad occidentem vero vaſtum & apertū mare fuit, ita vt nec ex illa parte oppugnatio vlla fieret. Præalta deinde â littore maris cōtigua rupes cū ea fuit, quæ latus orientale claudit, cuius pars â littore in meridiem non nihil vallo etiam præalto & ſpiſſo cingebat: Reliqua pars inter meridiem & orientem ſupra rupem, muro valde denſo & turri claudebatur, quam

partem

partem S. R. M. machinis, quas murales vocant, deijciendam tentare mandauit, eaq; diſcuſſa, expugnationem aggredi, vti & factum eſt. Die igitur Septemb. x. reuertuntur ad dictæ arcis oppugnationem cum peditibus exercitus Dux D. Nicolaus Boye, machinarum item præfectus Andreas Sigfridi, vna cum Anthonio Olai Legionis primæ ductore, & Iuaro Magni, qui alteram peditum Legionem regebat, & triduo, quæ ad oppugnationem neceſſaria requirebantur, paratis, tandẽ xiij. die mẽſis eiuſdem, cœperunt q̃ primum illuxit machinis ſumma dexteritate & agilitate murum quatere, ita vt ſequenti die circa veſperã vtrũq; & orientale & meridionale muri latus diſcuſſum ſit ac dirutum. Vbi murus ad expugnationem tentãdam ſatis diſiectus cernebat̃, Exercitus Dux tubicinẽ ad eos in arcis præſidio miſit, iuſſitq́; ſignificare, ipſis adhuc integrum fore, arcem dedere,

& inde

& inde quo vellent, vita donati diſcedere.
Verum illi conuicijs q́ plurimis tubicinem proſcindere, & globulos in eum contra leges militares etiam iaculari. Quo viſo noſtri tormentorum Iaculatores ipſos hoſtes ſupra mœnia diſcurrentes, & morionum inſtar ſaltantes, nec non turpia noſtris obuertentes, ad amuſſim vnū poſt altrum, veluti auiculas ferire ac tollere: vſq́ adeo induſtrios & promptos in muri diſiectione, nec non ipſa in arcis expugnatione ſeſe declarabant iſti iaculatores, vt ipſi etiam hoſtes eorum admirati ſint peritiam & dexteritatem.

Septemb. die xv. quamprimum illuxit, factis ad deum pro felici ſucceſſu precibus, erant ſinguli ſua in ſtatione ad Ducis mandatum intenti, & tubis ſigno dato, quatuor peditum cohortes primo ad expugnationem tentandam ordinatæ, extremam orientis Valli partem, quæ ad meridiem vergit, ſcandere cœperunt,

quibus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

quibus aliæ duæ mox ſubmiſſæ ſunt. Machinaꝝ præfectus Andreas Sigfridi, aſſumptis duabus cohortibus, duxit eas per alteram partem arcis, quæ mare reſpicit, difficili & impedito loco, ad meridionalem illam muri partem vſq;, quæ pridie diſiecta fuit. Et quamq; propter interius muri latus adhuc non dirutum, ipſam in arcem illac perrumpere non potuerunt, hoc tamen commodi præſtiterunt, quod hoſtes ad mœnia, noſtros vallum ſcandere nitentes, repulſuros bombardis manualibus inde pellebāt, interficiebantq;, quēadmodum itidem & tormentoꝝ iaculatores mira induſtria fecerunt.

Durabat autem hæc concertatio acerrima duas prope integras horas. Quippe vbi conſiſtere ſupra mœnia nunc magna ex parte diruta illis in præſidio amplius non licuit, quin maior pars iam ceciderant, cœperunt tandem, quantumuis antea feroces & petulantes, animo deijci,

ſenſimq́ languеſcere, & ſtationem ſuam quiſq́ deſerere, noſtri autem animoſiores reddi, mœnia occupare, & obuium quẽuis interficere, inq́ arcis interiora perrũpere, (inſigne q́ cruentũ hic ſpectaculum fuit, nullum fere angulum in arce, nedũ alium locum cadaueribus hoſtium interfectorum non plenum videre. Qui aliqua in authoritate fuerant, ipſi ſe in Gynecæũ contulerunt, vitam ſupplices petituri, quorum in numero fuerunt præfectus arcis Iohannes Holck, Claudius Claudij ab Hiulberg, Chriſtopherus â Don Baro, & alij complures, quibus in matronarum & virginum gratiam, quæ vna tunc lachrymantes & eiulantes aderant, vita etiam donata eſt. Prædam ex victoria hac ſingulari milites ingentem acceperunt, cum omnes Hallãdi, tam nobiles quam plebei, omnem ſuam ſubſtantiam ibi quaſi tuto in loco futuram collocarant, arcem rati prorſus inexpugnabilem fore. In prædicta arcis &

vrbis

vrbis expugnatione Iuarus Magni Legatus ſecundæ legionis, & Stephanus Petri capitaneus primæ cohortis, primæ legionis, inſignem laudem meruerunt robore corporis, & fortitudine animi.

Arce occupata eam mox noſtri quanta potuerunt diligentia rurſus munire, cõmeatũq; inferre, necnon milites in præſidio neceſſarios collocare: oppidũ vero diruere, quo arcem commodius propugnarent, ſi hoſtis eam recuperaturus veniret.

Eo peracto cum hoſtis nuſq; appareret, & penuria commeatus aliqua militẽ in caſtris vrgeret, cœperunt paſſim milites diſpergi, ad prædã extra caſtra quærendam palantes. Aliqui etiam tædio moræ, nec non præda onuſti, domũ ſe conferebant, præcipue qui proxime in confinibus habitabãt. Quod vbi hoſtis reſciuit, occaſionẽ arcis recuperandæ non negligendam ratus, quãta poteſt feſtinatione,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

exercitum adducit, & arcem obſidione cingit. Noſtri cum propter commeatum attenuati, tū etiam quod pauciores eſſent, viſum eſt cum hoſte minime confligendum, Ad vicina loca Veſtrogothiæ igitur ſe receperunt.

Interea vero dum totus noſter exercitus in obſidionem Vardbergenſem intentus eſſet, Dani omnes Smalandenſes milites in expeditionē iuiſſe rati, nec vllum præſidiū in Smalandiæ finibus relictū exiſtimātes, q̊ præſidio Vardbergenſi ſubſidiū omne adimerent, & ad deditionem, quibus poterant modis, faciendam illos permouerent, præfecerunt vni equitum turmæ, & quinq; peditum cohortibus Georgium Bille, eiq; in mandatis dederunt, vt incendio & cæde per totam Smalandiā graſſaretur. Is igitur copias ſuas direxit ſtatim ad Kongehæred, & Albohæred, odio q̊dam peculiari aduerſus eius terræ incolas, ꝙ auctores et viæ mōſtratores

R. M.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

R. M. anno ſuperiore ad Blechingiam vaſtandam illi fuiſſe dicerentur. Vbi cô venerunt, ilico pagos aliquot incendio vaſtant, viribus truculentiora minitantes. Ibi mox apto in loco Laurentius â Scaris duabus peditum cohortibus, & aliquot eius terræ agricolis, comitatus, illis occurrit, itaq; cum Danicis copijs confligit, vt turpiſſimam in fugam illos ſubito conuerterit, & poſtea e bis mille vix viginti fuga euaſerint, quin reliqui omnes trucidati ſint & interfecti, paucis admodum exceptis, quibus vita cum captiuitate donata fuit. Ex noſtris autem duo tm̃ in eo conflictu deſiderati ſunt, quod ſingulari quadam dei prouidentia miraculoſe contigit. Cœperunt noſtri eo in conflictu, hoſtium vexilla quatuor, præter equos, arma, & alias exuuias perplurimas, quæ omnia in triumpho poſtea Holmiam aduecta ſunt, vti poſtea dicet̃.

Interea qui ad arcis tuitionem in præ-

 ſidio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

ſidio relicti erant, hoſtem animo quidem forti repellunt, nihil tum præcipne tam metuentes, quam quod longiore obſidione propter commeatus inopiam tandē ad deditionem faciendam adigerentur, ſi cito ipſis â noſtris non ſuccurreretur. Imo ſi hoſtis primis illis diebus, quibus aduenit, expugnationem mox tentaſſet, forte tunc aliquid effeciſſet, eo quod illa muri pars â noſtris diſcuſſa nondum ita inſtaurata & munita fuit, quin ſuperare illā miles potuiſſet, ſi vt noſtri eā fortiter fuiſſet adortus. Verū poſtq̄ plus temporis ad inchoatam illam munitionem perficiendam ipſis in præſidio ab hoſte conceſſum eſt, facile tunc ita eam firmabant, vt hoſtis illam non perrumperet. Quin & hoſti plurimū damni quotidie noſtri e præſidio excurrentes intulerunt. Sicuti etiam noſtri iaculatores hoſtium murales machinas pleraſq; ita fregerūt, vt amplius ipſis in obſidione vſui non eſſent.

Dn̄s

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

Dn̄s Carolus aūt de Mornay, qui R. M. vicarius in præſidio Vardbergenſi tum cōſtitutus erat, miſſis ad R. M. literis, ſignificabat ſollicite admodū quanto in periculo in præſidio collocati verſarentur, & q̄ omnium auxilio eſſent deſtituti, quodq́; niſi ſubito illis ſubueniretur, cogeret ipſos vel ſaltem commeatus inopia deditionem facere, aut potius puluere incenſo caſtrum funditus ſolo æquare. Quocirca R. M. meus dn̄s clementiſſimus, qui tunc Vaſthenis in Gothia orientali commorabatur, vbi obſidione ſuos arcte premi, tantoq́; in periculo cōmeatus cauſa ipſos verſari reſciuit, nullā non diligētiam mox adhibuit, ſui milites vt q̄ primum conuocarentur, ita vt propria in perſona vna tantum equitum turma, & altera peditū cohorte ſtipatus, ad regni fines vſque profectus ſit, ibiq́; in prædio Ryſa tribus fere miliaribus ab hoſte ad octiduum commoratus,

priusq̄

priuſq́ꝫ prætoriana legio, & turmæ aliq̄t equitum aduenirent, quibus tunc progredi contra hoſtem omnino cogitabat. Vt aūt reſciſceret, q̄ nam in loco eſſet hoſtis, & quid moliretur, præmiſit R. M. Kanutum Haquini, qui pontem Falckenbergij exuſſit, necnon oppidum vaſtauit, vbi traijciendum hoſti erat, & captiuorum numerꝶ aliquē adduxit. Interea dū ita ſe res habebant, deliberarunt inter ſe nobiles omnes, & q̄ præcipui erāt â conſilijs, an conſultum eſſet, cum non dum exercitus pedeſtris conueniſſet, vt Rex ꝓpria in perſona hoſti occurreret. Omnibus autem diſſuadentibus, conſiderato, ꝙ totius Regni ſalus in vnica eius M. perſona conſiſteret, Vix tandem â fidelibus ſuis perſuaderi potuit, vt alteri hoc munus concrederet, ipſeq́ꝫ in Oſtrogothiam reuerteretur. Mandatum itaq́ꝫ dedit Iacobo Henrici, quem Ducem exercitui præfecit, vt is, cum occaſionem

videret

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

videret, & copiæ conueniſſent, in vado Suartera traijcientes illos inuaderet, ſi apud arcē Vardbergēſem expectare ipſi nollent. Iacobus Henrici mandato accepto progreditur cum exercitu ad Frolunda, ibiq; dies aliquot eo conſilio commoratur, quo & plures conuenirent, & de hoſtibus certi aliquid reſciret, R. M. aūt duabus cohortibus ſtipata Ienecopiam regreditur, vbi ſuorum diligentiam & fidelitatē expectabat.

Tandem die xix. Octob. intelligunt noſtri per exploratores, hoſtes obſidionem ſoluiſſe, & ad vadum Suartera tendere, vt fuga ibi dilaberentur, propterea quod pons apud Falckenberg interciſus eſſet, & fluuius ita inundaret, vt alibi commodius, q̄ ad vadum illud tranſire non poſſent. Noſtri igitur accelerato gradu, quam magnis itineribus eô tendunt, vt hoſti, anteq; diſcedat, obuiam fiant. Accidit autem ipſo eodem die vtrumq;

 exercitū

exercitum eô venire, quare & hoſti tran-
ſitus intercluſus eſt. Tum deliberatio in
cõtinenti more militari habita eſt, an eo
die confligendũ, an vero caſtrametandũ,
ac expectãdũ, quoad dimidia pars hoſtis
vadũ tranſiuiſſet. Sanioribus conſiliũ fuit
eo die caſtrametandum, & cum vadum
altero die tranſire hoſtis niteretur, medio
in vado adoriendum: Incondita vero tur
ba, necnon q̃ plurimi ex Germanis equi-
tibus, qui conſpirationis cum Danis con-
ſcij erant, clamore ſublato vno ore fre-
mebant, ipſo die omnino pugnandum:
Illi quidem hoſtium contemnentes pauci-
tatem, hi vero vt conſpirationis cõpacta
perficere poſſent. Conſtat enim illos pri-
ori die aliq̃s e ſuis ad hoſtes clam miſiſſe,
qui clandeſtina hæc conſilia molirentur.
Confidens igit̃ equitum multitudini, nec-
non clamantium audaciæ, exercitus Dux,
ſecutus eſt conſilium minus prudens, eoq;
die præliũ cõmittendum decreuit, veteris

præcepti

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

præcepti militaris oblitus: Cum hoſte deſperato haud pugnandum.

Ac proinde acies incœpta eſt ordinari, tam equitum quam legionis primæ: Tum & machinæ ſuo debito in loco, in monticulo quodam ante phalangem, collocatæ. Verum ſecunda legio non ita cito inſtructa fuit, neſcio qua capitaneorū vel peditum tarditate. Hoſtis autem in quodam plano monticulo noſtrorum aduentum operiebatur. Et cum non poſſet vadum, noſtris impedientibus, tranſire, cogebat̃ ſe ad pugnā parare, itaq̃ʒ aciem ordinare vt phalanx â dextra parte fluuio tueret̃, â ſiniſtra vero equitibus muniret̃. Numerus vero militum erant ſex turmæ equitū, & quatuordecim cohortes peditū, qui quidem pedites in vna phalange non diſtinctis vexillis more Germanoꝝ collocati fuerunt. Equitū vero tres turmæ in fronte, ac tres ſequebantur.

Noſter autem exercitus conſtabat ſede-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

cim turmis equitum, quaꝝ quinq; erant
extraneæ,reliquæ internæ.Peditatus vero
duabus legionibus, cum prætoriana co-
horte. Prima legio conſtabat quidẽ duo-
decim vexillis, quoꝝ maior pars tamen
nondum aduenerat. Secunda legio' vix
tria vel quatuor vexilla tum complebat,
in qua maior pars velites erant. Tertia
legio nondum aduenerat. Ex quarta legi-
one, quæ maritima vocatur, duo aduene-
rant vexilla, quæ ſecundæ legioni adnu-
merabantur.

Acies deinde noſtrorum ita erat
collocata. A dextra parte equites, â ſini-
ſtra pedites fuerunt, quoꝝ ſiniſtrum etiã
latus ad fluuium vergebat (ſic tamen vt
ſpacium eſſet inter fluuium, & ipſos per-
tranſeundi) ita vt in principio equites
contra equites, pedites contra pedites, cer-
tarint. Equitum turmæ in tres partes erãt
diuiſæ, quarum ſingulæ quinq; turmas
continebãt, eo conſilio vt duæ partes ho-

ſtem adorirentur, tertia pro triarijs eſſet. In cornibus quinq; primarũ turmarum equites Germani erant, ſic etiam in ſecundis, eô quod plurimum in illis roboris eſſe putabatur. Apud triarios male collocati erant Veſtrogothi equites ſtipendiarij. In cæteris Vplandenſibus & prætorianis equitibus maior ſpes erat. Legiones porro ita fuerunt ordinatæ. Octo cohortes ex prima legione in fronte phalãgem efficiebant. Poſtea quatuor collocatæ in triarijs vna cum cohorte prætoriana. Omnes iſtæ cohortes Bombardarios â latere habebant. Velites autem omnium collocati erant inter primos & triarios. Secunda legio incõpoſito ordine ad ſubſidia erat deſtinata. Vbi hoſti appropinquabant, cœptum eſt machinis in oportuno monticulo collocatis vehementer in hoſtem iaculari. Et quanq; machinis ipſe etiam vteretur, noſtri tamen dexteritate iaculandi plus damni hoſti intulerũt, ita

 vt

vt coactus ſit ille cū equitatu & peditatu retrocedere, ſeq; intra vallem decliuem abſcondere. Noſtri non contenti, quod hoſtem e loco pepuliſſent, machinas in aduerſa parte iuxta ſiniſtrum latus phalangis in quodam tumulo collocabant, vnde hoſtis â machinis tutus eſſe nullo modo potuit. Subortus eſt igitur tumultus & trepidatio hoſtium, vt niſi in hoſtem ducerētur, fugam viderentur facturi. Daniel Rantſau Dux hoſtium vbi hoc vidit velites mox emiſit, qui noſtrorum vibrationes impedirent, & machinas inuaderent, necnon totum exercitum in noſtrū peditatum etiā direxit. Noſtrorum legionis primæ Legatus, cum hoc percepiſtet, mox & ille ſuos velites emiſit, & fugatis hoſtium velitibus, obuius hoſti progreditur. Sed cum equitatus remotior eſſet, renunciat Duci exercitus, vt ſuppetias ferat, ne totus hoſtium exercitus in ſolum illum irruat. Miſſæ ſunt itaque

primo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

primo quinq́ turmæ magno impetu in hoſtem, ita vt prius confligere cum eo cœperint, quam peditatus ſubſequeretur. Mandatumq́ eſt vt ſecundæ quinq́ turmæ hoſtes pariter inuaderent. Cæterum cum noſtrorum phalanx hoſtium latior eſſet, quippe quæ quinq́ turmas in latitudine habebat, & hoſtium tres tm̃ (vt ſuperius eſt cõmemoratũ) Equites Germani, qui in cornib9 erãt, mox fugere cœperũt, prætexẽtes poſt pugnã ſe inutiliter collocatos fuiſſe, cũ latiorẽ phalãgẽ haberent. Tres aũt cæteræ turmæ, q̃q̃ defatigati ex lõgo itinere equi, & ipſi equites â ſocijs deſtituti eſſent, hoſtium impetum diu tamen ſuſtinuerunt, ita vt hoſtes in fugam ſe dediſſent, ni dux ipſoꝝ ſubito conſilio illos animaſſet, & inditio ipſis oſtendiſſet, Germanos aufugiſſe. Tum etiam ſequentes turmas in auxiliũ vocat. Iacobus autem Henrici Germanos fugiſſe vbi vidit, cum ſecũdis quinq́ turmis hoſtem

ſtem â latere inuadere conatur, vt impediat tres hoſtium turmas ſuppetias ferre. Sed quid accidit? Germani equites, qui ibi erant collocati, idem quod cæteri fecerũt, quorꝝ conſiliũ in eo reliqui ſecuti ſunt, cũ magnã in illis ſpẽ collocaſſent, ita vt vix primi ordinis ſuas bombardas eiaculati ſint. Fatendum eſt tamen Germanos quoſdam ſtrenue ac fideliter ſeſe in illa pugna geſſiſſe, qui nullo modo conſcij erant illius coniurationis, & vt cæteros hic non referam, inuentus eſt quidam equitum Magiſter Iohannes Bunting nomine, qui cum quinq; turmis collocatus magno impetu in hoſtem ferebatur, & obuium quemuis proſternebat. Sed cum medio in numero iam hoſtium eſſet, reſpiciens qui nam ipſum comitarentur, & inueniens perpaucos ſequi, exclamat: Heu me proditũ ingens â meis cõmilitonibus: Attñ fidelitatem meo Regi vſq; ad mortem præſtabo. Cum ita turpiter â

cornibus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

cornibus fugitum eſſet, & ſuppetiæ â latere nihil effeciſſent, languidior noſtrorum pugna eſſe cœpit, atq; paulatim retrorſum diſpergi, ita vt tãdem ſex turmæ hoſtium, tribus noſtris, quæ reliquæ erãt, præualuerint, & illas in fugam conuerterint. Triarij cum laborantibus opem ferre debuiſſent, inter ſe diſcordes erant. Vplandenſes & prætoriani pugnã, cæteri fugam, meditabantur. Præualuit tandem terror in vniuerſis, ita vt fugã ab alijs incœptã pſecuti ſint, hoſte nullo ipſos laceſſente, quamq; multi turmarũ rectores & principes phalangis, impetum in hoſtes fecerunt, potior tamen pars fugientes ſecuta eſt. Interea dum inter ſe equites confligunt, noſtri primæ legionis pedites videntes peditatum hoſtis ipſis latera obuertere, & oẽs in equites noſtros intentos eſſe, clamore ſublato in pugnã proſiliunt, & mox impetu in hoſtiũ cohortes facto, illos primo inſultu in fugam conuertunt.

 Tum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

Tum per mediam aciem perrumpentes, ingenti ſtrage facta & proſtrata potiori parte peditatus hoſtium, ad vſq; vexilla perueniũt. Ibi ſubito vexilliferi & capitanei hoſtium ad noſtros, exclamare cœperunt, vt ſibi parcerent, ſe deditionẽ facere velle. Præterea nec minor erat ſecundæ legionis & velitum virtus, qui cum viderent hoſtes vndiq; in pugna occupatos eſſe, inter amnem & phalangẽ â ſiniſtra parte exercitus circumeuntes hoſtium machinas inuadũt, cæſo præſidio, quod penes machinas erat, & machinis potiũtur. Videns aũt hoc hoſtium exercitus Dux q̄ peditatus ſuus cæſus eſſet, ac machinæ occupatæ, ilico nuncium equitatui mittit, vt duæ turmæ noſtros perſequantur, & quatuor in ſubſidium reuertantur. Quæ cum aduenisſent, mox in octo peditum cohortes, quæ peditatum eius fugauerãt, irruere illas iubet, itaq; accidit, interuentu hoſtiũ equitatus, victoriam iam fere partam,

noſtris

noſtris e manibus eripi, atq̃ nrõs eô cogi, vt peditatũ hoſtiũ relinquerẽt, q̃re et mox in orbem ſe colligunt, & haſtis condenſatis hoſtem excipiunt. Hoſtis aũt cuneum noſtrorum non valens perrumpere, ancipitem pugnam cum illis ſuſtinuit, ſed hoc etiam illi cõmodo accidit, q̄ peditatus ipſius ſe recolligere, & rurſus pugnam renouare cœperat. Fuiſſent itaque noſtri â peditatu & equitatu hoſtium ſuperati, ni ſubito triarij aduenisſent. Illi namque peditatum hoſtium ad internetionem cædentes, reliquerunt ſpacium cæteris vt equitatum propellerent. Acceſſit quod cohortes illæ, quæ hoſtium machinas inuaſerant, auxilio etiam adfuere, quamuis per medios ipſos hoſtium equites prius perrumpere cogerẽtur. Dum hoſtium equitatus in pedites noſtros plurimum intentus eſſet, noſter equitatus antea in fugam verſus, cum pauciores hoſtium ſe perſequi videret,

 paulisp

paulisper animum recipere cœpit, & inuicem ſeſe hortari. Ex mandato Ducis aliqui ſeſe recolligunt, hoſtiqꝫ frontem obuertunt, & paſſim palantes facile reprimunt, ita vt omnes in fugam tunc compuliſſent, ſi ſibi credidiſſent. Sed perſequētes illos vſqꝫ ad locū illū fere, vbi pugnæ initium fuerat, rurſus quatuor turmæ, quæ cū peditibus pugnauerant, illos iterum in fugam conuertunt. Interea nox ſuperuenit, & q̃qꝫq̃ꝫ pedites ex totius diei pugna laſſi erāt, tñ integra acie & erectis vexillis ſe in caſtra receperūt. Hoſtes igitᷓ multo magis gauiſi, quod tale periculum euaſiſſent, non multum noſtros perſecuti ſunt. Cumqꝫ nullum euadendi locum haberent, ſi diſpergerentur, coacti ſunt eo in loco, vbi pugnatum eſt, caſtrametari. Machinæ, quo loco collocatæ fuerant, remanſerunt, cum ob equos interfectos, tū ob noctis incommoditatem. Altero die ſi noſtri ſibi credidiſſent, ad internetio-

nem

nem omnes hoſtes cecidiſſent, cum quod maior pars exercitus & præcipui quiq; ex hoſtibus occubuiſſent, tum etiam quod prorſus perterriti ob heſternã pugnam eſſent.

Cõflictu habito referunt & captiui & alij, q́ in campo conflictus cenſa ſint interfectorꝝ capita circiter millia quatuor: Luſtratione autem exercitus Suecorum Regis Sereniſſimi habita, deſiderati ſunt ex noſtris, qui eodem die occubuerant, mille quadringenti,& non plures. Vnde lector candidus facile intelliget,e hoſtibus quot ibidem interierint. Inter nobiles aũt qui ceciderunt,fuerunt D. Ericus Guldenſtern, Canutus Haquini, Lindormus Petri, Claudius Stenonis, Iohannes Petri in Valſtad, Steno Erici in Stenſnes, & Ericus Canuti, viri ſane fortiſſimi, & vita longiore digni. Captiui aũt in Daniã abducti D. Claudius Aconis, Iacobus Tuue & Capitanei vexillorum legionis

primæ tres. Plures eo in conflictu ex nobilibus vel alijs etiam celebribus viris interijſſe nobis haud conſtat. E Danis aũt nobilibus, quos in Sueciam captiuos ex illo conflictu adductos vidimus, fuerunt, Georgius Vlſtand, Chriſtopherus Vrne, Elardus Krafze, Henningus Tornav etc. Occubuiſſe vero plures illorum, quam Dani fatentur (qui tantum quinquaginta nobiles ſe amiſiſſe ſcribunt) argumento ſunt opima illa ſpolia, quæ nobilibus interfectis abrepta, noſtri milites ſecum in Sueciam reuerſi aſportarunt. Et quidem quod iacturam ſuorum Dani poſtremo in conflictu ad Suartera valde magnam fecerint, id vel ex eo apparet, ꝙ mox quãta potuerũt feſtinatione Helmſtadium ſe receperint, & poſt id tempus ne ſemel quidẽ noſtros in præſidio Vardbergenſi moleſtare ſint amplius auſi.

Dum S. R. M. Ienecopiæ manet, nempe circa idem tempus, quo conflictus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

ille inter noſtros & Danos ad Suartera
habitus fuit, reuertit̃ Galliaꝝ Regis Chri-
ſtianiſſimi Legatus in Dania D. Carolus
Dancæus, ſecũ cõditiones adferens, quibus
Daniæ Rex pacẽ cũ Sereniſſ. inclytæ mẽ-
tionis R. M. Sueciæ ſe facturꝝ oſtendit.
Quaꝝ quidẽ præcipuæ tales erant, vt ſatis
manifeſtarent, Danos non minus adhuc
cupidos eſſe Sueciã peſſundare, ꝗ̃ ipſoꝝ
fuerant maiores, & ſicut initio huius belli
ſe declararũt. Et quidem ꝙ vera me ſcri-
bere lector candidus intelligat, recenſebo
aliquot illarum conditionum capita.

Primũ itaq; poſtulãt Dani dictis in illis
pacis ineũdæ conditionibus, vt R. M. &
regni Sueciæ incolæ, non ſine maxima ſui
iniuria, contra propriam conſcientiam,
cõtraq; veritatem ipſam, agnoſcant & fa-
teantur, quod cauſam ipſi bello præſenti
efficacẽ dederint, proptereaque iuſtũ atq;
æquum, vt conditiones â Danis propo-
ſitas acceptent, atq; pacem ijs fieri admit-
tant.

tant. Quarꝝ prima, vt Sueciæ Rex Sereniſſimus, Daniæ Regi in perpetuam poſſeſſionē cedat arcem Elzburgianam, vna cum tota præfectura ad eam ſpectante: quã quidem arcem Elzburgianam idem Daniæ Rex per literas cuiuſdam Anſicæ Ciuitatis vidimatas, vt vulgo vocant, iure ad Daniæ Regnum ſpectare contendit probare. Sicuti & per eaſdem literas dimediam fere Smalãdiæ partem, quæ vulgo Verendia vocatur, eôdem vult pertinere, quod terras illas Dux Albertus in Megapolonia natus, Sueciæ olim Rex, captiuus Danis in poſſeſſionē aliqñ dediſſe dicatur. Deinde petitur in dictis conditionibus per Dancæum propoſitis, vt eidem Daniæ Regi omnia in hoc bello, tam mobilia, vt ſunt naues armatæ, tormenta bellica & cætera id genus, quam immobilia, vtpote arces, oppida, vicus, territoria, cæteraq; â Sereniſſ. inclytæ mentionis Suecorꝝ Rege in legittima &

plus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

pluſq́ꝫ neceſſaria ſuorꝫ defenſione iure belli occupata & nunc poſſeſſa, integre reſtituantur, itaq́ꝫ hoſti gladius, quo iuxta voluntatem nos Suecos ille feriat, porrigatur. Poſtea vendicat ſibi Daniæ Rex ſuo cum fratre Duce Magno Oeſalienſi Epiſcopo, ius ac dominium in totam illã Liuoniæ prouinciam, quæ partim belli iure, partim ſpontanea deditione, â Sere, inclytæ mentionis Suecorꝫ Rege occupata nunc poſſidetur. Quin & hoc etiam petit, vt cum nullo præterq́ꝫ cum ipſo M. ipſius de Liuonia paciſcatur, & pactum ineat vllum. Item quotq́t Daniæ Regis antea ſubditorꝫ Sereniſſ. Suecorum Regi hoc in bello iurarunt, illis R. M. Sueciæ idem iuramentum renunciabit. Cæterꝫ ſi qui apud Elzburgum habitantes, Daniæ Regi fidem decepti dederant, ipſi eidem Daniæ Regi obligati iuramento tenebunt̃. Adhæc Sereniſſ. inclytæ mentionis Suecorum Rex inſignia illa Daniæ atq́ꝫ Nor-

 uegiæ,

uegiæ, infra ſpacium duorꝫ menſium ab eo tempore numerandum, quo in tranſactionis fœdus firmiter conſenſum fuerit, amplius non vſurpāda deponet: Daniæ vero Rex propria Regni Sueciæ Inſignia, tres illas Coronas, tantiſper adhuc inter ſua retinebit, quoad in exteris Academijs ſufficienter diſputando deciſum fuerit, quod iure illa vſurpare nequeat.

Durante porro tranſactionis fœdere, Sereniſſ. Suecorꝫ Rex nullum fœdus cum vllo principe vel alio ſine Daniæ Regis conſenſu ac volūtate ineundi poteſtatem habebit. Cū Daniæ tñ Regi integra eſſe debeant, quæ ante bellum iſtud vel eo durante, in præiudicium S. R. M. Sueciæ cū alijs principibus & ſtatibus pepigerat.

Præterea in captiuorꝫ permutatione, etiam illos Daniæ Rex belli iure captiuis adnumerat, quos ille contra fidem publicam ipſis datam, contraq́ꝫ commune ius gentium, retinet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

Deniqꝫ vt non pudet Danos belli huius cauſas, quãtumuis repugnante ipſorummet conſcientia, in R. M. ac Sueciæ Regnũ iniuſtiſſime transferre, ita quoqꝫ neqꝫ verentur in dictis conditionibus etiam & hoc petere, vt omnes ſumptus in hoc bello, quos ipſi fecerant & impenſæ, â Regno Sueciæ illis perſoluantur, cum ipſi tales ſumptus & impenſas verius perſoluere teneantnr, Siquidem veri ſunt belli authores, & non Sueci, quod tamen falſiſſime parſuadere multis conantur.

Sunt præterea et alia in pacificatiõe illa Danoꝝ non minus prope iniuſta, q̃ꝫ hĳ articuli iã enumerati, Veꝝ ea breuitatis cauſa nũc omittũt. Sicuti nec id ſilentio hic prætereundum iudicaui, quod ĳs Aſylum apud ſe conſtitui Dani ſemper expetiuerint, qui ſcelus aliquod magnum & artox in Suecia ꝑpetraſſent & pænas cõmeritas effugientes in Daniã ꝑueniſſent.

Ad huiuſcemodi autem Daniæ Regis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

poſtulata tunc aliud non reſponſum eſt, q̃ꝫ quod quandoquidem palam ſuæ ſolitæ iniuſtitiæ Dani inſiſterent, & pacẽ ſerio haud quærerent, quin ſanguinis profuſione maiori etiãnũ delectarent̃, S. R. M. Sueciæ ſuam Deo cauſam cõmitteret, & neceſſaria ſuoꝝ defenſione, vti hactenus ita & poſt hac, ea ſpe vti cogitaret, quod Deus Opt. Max. diuina gratia ſuæ Maieſtati non ſit defuturus.

In itinere inter Ienecopiam & Vaſtenas venit nuncius de conflictu habito, & niſi hoſtes Helmſtadium regreſſos eſſe Sueciæ Rex Sereniſſ. intellexiſſet, fuiſſet tũc mox ipſemet ad hoſtes ab obſidione Vardbergenſi pellendos reuerſus. Poſtq̃ꝫ aũt certo reſciuit illos dicto in præſidio Vardbergenſi non amplius obſidione premi, progreditur Vaſtenas vſq̃ꝫ, ibidẽ q̃ꝫ tantiſper manet, quoad arci Vardbergianæ rebus omnibus neceſſarijs prouiſum eſſet, ita vt iam ſpes ſit non amplius

eam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

eam arcem in Danicæ gentis poteſtatem redactum iri, Sicuti alioquin iure ad Regnum Seciæ pertinet.

Tandem Ianuarij xxix. ingreditur Seciæ Rex Sereniſſ. Stocholmiam magno & ſolenni triumpho, necnon ſubditorum applauſu, & gratulatione maxima. Ducebantur in triumpho captiui circiter ducenti, quorꝫ in numero nobiles erant, Chriſtopherus â Don Baro, Georgius Vlſthandt, Chriſtopherus Vrne, Elardus Krafze, Henningus Tornau, Nicolaus Toth, Iohannes Skogard, Nicolaus Skeel, Curuitius Laurẽtij. Poſt illos præferebãt Regi Ser. arma, captaphracturæ, cæteraqꝫ id genus, ab hoſtibus illo anno accepta plurima, item vexilla pedeſtria & equeſtria quatuordecim. Equeſtre vexillum vnum fuerat Scotorum in expugnatione oppidi Vardbergæ captum, alterum Danicæ nobilitatis ex Iutia, in conflictu ad Suartera occupatum, cuius ſignifer La-

broch fuiſſe dicitur, Pedeſtria partim in oppidi & arcis expugnatione, partim in conflictu ad Suartera, & in Smalandia per Laurentium â Scaris accepta fuerāt, quæ Stocholmiæ in templo primario ſuſpenſa iam conſpiciuntur,

Precor autem Deum Opt. Max, vt quādoquidem pacem honeſtam Dani nō cupiant, ſed Cananeorꝫ inſtar obcæcati proprio exitio delectentur. S. R. M. Sueciæ diuino ſuo auxilio ita tunc poſt hac adeſſe dignetur, ſicuti hactenus adfuiſſe illum grata mente nos Sueci omnes agnoſcimus, eumq́ꝫ ob id, vti merito decet, laudamus & celebramus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

2115.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 4° [35,-173]